



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Peregrinus Ep. M. 13. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

**C**ETHEUM in cunis, in tumulo PEREGRINUM dixere. Aternensium Pontifex fuit, cum e Longobardis in urbe tyrannidem Alais & Umblo obtinerent. Horum ille savitiem detestatus, Romam ad commune orbis asylon D. Greg. Pont. Max. transfugit. Sed populus Aternensis PEREGRINUM jure optimo jam olim suum repetiit, & verò judice Gregorio etiam obtinuit. Interea cum nec ista regna socium ferrent, tyranni duo armis inter se collisi sunt, & Alais in suam praesidium, sed exitium urbis tertium hostem Vitalianum Comitem introduxit. Tunc verò, auctore *Cetheo*, cives arma capiunt victumque Alaim, & victum Umbloni tradunt. Mox tamen adest *Cetheus*, & vitam capto orat. Sed quæ alteri prodesse studuit, sibi etiam nocuit misericordia. Umblo Alais factioni *Cetheum* favere credidit. Quare utrumque ad gladium damnat. Cæso Alai cum carnifex Pontifici instaret, omnes ad officium vires amisit; at non consilia tyrannus. Ex ponte in Aternum. Fluvium jubet præcipitari. Enatanti saxum jubet appendi ingens, iterumque mergi. Sed vel mortui virtus supra aquas se extulit, docuitque etiam saxa natate. Tumulum deinde primum ignoto Arriamen-

nenses dederunt, unaque P E R E G R I N I nomen. Illum facibus suis celum nobilitavit; quod ipsum miraculum testis, & ipse miraculosus (cæcus) vidit. Ex Ferrar.

*Si aeterni Patris inhabitare domum, si rei caelestis parricidii teneri nolumus, terris invidia excludamus insidias: invidiam armorum caelestium viribus comprimamus: quia sicut nos Deo jungit charitas, sic à Deo invidia se jungit. S. Chrysol. serm. 4.*

S. ANTONIUS DE P A D U A C.

13. Iunii.

**A**NTONIUS, quem vulgò Patavinum dicunt, S. Francisci discipulus, suis ad concionem verbis à flagitiosâ vitâ quam plurimos revocavit. Eam ob rem cum oculi dolerent inferno hosti, decumbentis in lectulum spiritum elidere faucibus interceptis aggressus est: sed ille unico *Mariae* nomine simul viam loquelæ fecit, simul insidiatorem in fugam dedit. Hæreticum, qui sacræ Eucharistiæ cultum negaverat, ad sanio rem mentem & ipsum reduxit. Cum enim mulus impii à negato aliquàm multis diebus, sed præbito demùm lautè pabulo, ad ANTONIUM vocatus accurrisset, sanctiusque epulum pronus in pedes adorasset, sapere à jumento suo etiam dominus didicit. Pro concione

A a 3

fune-